



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Ultimarum Voluntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

12. Executor testamenti, appositor est locuples, quàm pauper: Et quid ita.
vtcunq[ue] tamen: sui rationem habere debet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

qualitate rerum & personarum consideranda est: iuxta ea, quæ dicit text. in l. sed & si susceperit. in prin. ff. de iudicijs. & not. docto. in l. admonendi. ff. de iureiurando.

Executor suam † debet considerare 12
 personam. nam aptior ad aliena negotia gerenda, qui diues est, sibiq; sufficit, quam is, qui pauper victum sibi opera quærit quotidiana: quoniam qui non habet, dare non potest, vt l. traditio. ff. de acquir. rerũ do. 1. q. 7. Daibertum. Aut si quid dare is potest, à seipso, vt vult charitas ordinata, debet incipere: vt l. 1. C. de serui. & aqua. dummodo alteri non noceat: vt l. 1. §. idem aiunt. ff. de aqua plu. arcen. Item, scire debet, an solers, an verò negligens sit: † quia culpa, quæ in re propria toleratur, 13
 in re aliena damnatur. l. si constante. §. si maritus. ff. solut. matrim. & ibi notat. Item, an pluribus liberis, administrationibusue implicitus ac obnoxius sit: quia pluribus intentus, minor est ad singula sensus: vt l. quisquis. C. de postu. l. fin. C. de assesso. c. cum non ignores. de præbendis. c. quia nonnulli. de cleri. non residen. An verò vacuus, idoneus
 & aptus